

134.

Esslingen, 1200 Juni 11.

König Philipp bestätigt dem Kloster St. Luzius in Chur den Besitz der Kirche in Bendorf, die Rödger von Limpach an Kaiser Heinrich VI. aufgegeben hatte und gestattet seinen Ministerialen, in das Kloster einzutreten und es zu beschenken.

PHILIPPUS. secundus dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Dignum est et regie^a conuenit equitati. ut in / diebus nostris ea robur et debitum accipient incrementum. que^a progenitores nostri ad ecclesiarum dei et uirorum relli / giosorum utilitates constituere curauerunt. Qua propter omnibus Imperii fidelibus tam posteris quam modernis notum facimus: quod / nos fratrum sancti Lucii in ciuitate Curiensi. considerata honesta et sancta conuersatione . predecessorum nostrorum Heinrici Romanorum / Imperatoris diui Augusti- nec non friderici¹ incliti ducis sueorum testigiis feliciter et iuste inherendo : ecclesiam in / Bendura quam Rödgerus de lmpach² olim in manus domini et fratri nostri Heinrici Imperatoris contradidit et resignauit monasterio sancti Lucii et fratribus ibidem domino famulatibus cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum deputatam esse uolumus . ipsisque . eam exclusa omni molestia possidendam regia auctoritate nostra confirmamus concedimus et donamus . Jnsuper pro salute / anime^a nostre^a et parentum nostrorum sicut in Autentico memoriati fratri nostri friderici Sueorum ducis reperimus . eisdem fratribus in/dulgemus . ut quicunque . ex ministerialibus nostris constitutis in gratia nostra ad eorum se consortium conferre uoluerit . uel de prediis suis ipsis/ quicquam erogare liberam à nobis et omnimodam habeat facultatem: Ad cuius rei certam in posterum euidentiam hanc ex- / inde paginam conscribi iussimus et sigillo nostro corroborari . Hii sunt testes . Conradus spirensis³ episcopus . Sifridus regalis aule^a / prothonotarius . Comes fridericus de zolre⁴ . heinricus marscucus de kallindin⁵ . heinricus dapifer de walpurg⁶ . et alii quam plures./